

estatum, consuetudo & habitus vertitur in naturam. Eiusmodi namque opinantem...

244. Memoria duo officia Ecclesiastici...

245. Ubi peccator iam aggressus est...

246. Afferuntur duo exempla ad detestandam...

244. Neque ex D. Augustino, aut aliis Ecclesiasticis Doctoribus contrarium eruitur...

245. Perfecto tantum abest, quod habitus vitiosi proprie distam imponant agendi necessitatem...

246. Huius rei exempla peti possunt ex quibusque vitiis, quae ex diuturna peccandi consuetudine coalescunt...

media non subtrahit, nec verbum bonum, quod potest prodire, damnabili ligat stentio...

247. Quod si exemplum itidem exposuisset dilucidans; quomodo una eademque res iuxta varietatem temporis & circumstantiarum, nunc formaliter mala...

247. Quae sunt formaliter mala & culpabilia...

ARTICULUS QUINTUS.

De Moralitate actionum.

248. Observant Doctores cum Angelico bifariam spectari posse actum humanum; in genere naturae, & in genere moris...

248. Abus boni moraliter actus habere duplex esse...

249. Quoniam in prioribus tribus Articulis factis ac super perferutatis sumus naturalem constitutionem, perfectionemque omnium humanorum actuum...

SECTIO I.

De essentia Moralitatis.

250. In hac prima sectione agitur de essentia moralitatis. Exponitur sententia circa eandem in Scholis circumscripta.

250. Inter multiplicia attributa actionum ab homine procedentium alia sunt essentialia, alia accidentalia: quod actio aliqua sit & dicatur moralis, habetur loco meri accidentis (nu. 147.) Quidam porro formati suo conceptu praefertent moralitas illa praecise spectata, a Scholasticis Theologis dicitur. Plures non minus inbelli contendunt, eam consistere in actionum libertate, quae sit atque gradus (nu. 157.) completa, prout scilicet & voluntarium, & liberum in se concludit; quae praeterea non physica tantummodo libertas est, sed moralis, id est, quatenus in agente supponit cognitionem boni, & mali, ordinatam non ad solam naturalem delectationem, aut commodum, sed ad moralem honestatem, aut turpitudinem: unde severo loquendi genere, ajunt, non eandem proflus esse actum humanum, & moralem; quippe ad illum physica sufficit libertas, ad istum moralis libertas requiritur; hincque deducunt, humanas tantum esse actiones puerorum, & quorundam amentium; esse vero etiam morales actiones adultiorum rationis usu pollentium.

251. Bellia opinio eorum, qui essentiam moralitatis ponunt in libertate morali agentis, adferuntur alia opinio reponebat moralitatem in habitu a ne tamquam normam agendi. Etenim ab hac unica consuetudine universi actus cum primo nanciscuntur honestatem, aut turpitudinem moralem, atque ad eandem ultimum referunt totum id quod in actibus morale est, aut dicitur. Id omnino sensibile videtur Scotus, quamvis in oppositam diltrahi soleat sententiam, dum scripsit (quod, q. 18. ut. O.) Patet, quod non ab eodem formaliter est actus bonus bonitate morali, & imputabilis ad laudem vel praemium: sed primum habet ex convenientia ad regulam juxta quam debet elici; secundum ex eo, quod est in libera potestate agentis. Nec aliter Richardus de Mediavilla (in 2. Sent. dist. 40. ar. 2. q. 2.) actum exteriori bona est moraliter, in quantum est a voluntate deliberativa secundum regulam recte rationis; & mala, in quantum est contra.

252. Firmata ex secunda opinione, corruis discrimen in prioris illa statutum inter actum moralem, & humanum, & humanum, de inter actum & puerorum.

253. Exhibetur accurata definitio actus moralis, qua perinde subjicitur, sive prior sit, cum aliquo ordine ad regulam agendi, ultimo fini accommodatam. Vocatur distinctus simpliciter, ut comprehendatur actus cum a voluntate elicit, tum ab alio cum liberum supponat voluntatis manantes. Nominatur tantum voluntas libera; quia vocabis satis exprimitur & praevia intellectus advertentia, & subsequens voluntatis determinatio a quavis necessitate immunis. Regulae nomine recta ratio proxime innui-

254. Ut si libertas moralitatem non constituit, nisi quatenus moralis est, & moralem formam respectum importat; haud satis capio, qui possit esse essentialis quaedam moralitatis absolute considerata, cum absonum mihi videatur, quod essentialia rei quippiam possit aut debeat praesupponere ejus rei, cuius essentia est. Hac igitur dimissa sententia, quam forte ingenia feliciora poterunt assequi, alteri communiore libenter subscribo, quae fert completam agentis libertatem esse quidem necessariam conditionem ac simul indicium evidens moralitatis actuum; ipsam tamen moralitatem proprie sitam esse in habituque actuum cum recta ratione a ne tamquam normam agendi. Etenim ab hac unica consuetudine universi actus cum primo nanciscuntur honestatem, aut turpitudinem moralem, atque ad eandem ultimum referunt totum id quod in actibus morale est, aut dicitur. Id omnino sensibile videtur Scotus, quamvis in oppositam diltrahi soleat sententiam, dum scripsit (quod, q. 18. ut. O.) Patet, quod non ab eodem formaliter est actus bonus bonitate morali, & imputabilis ad laudem vel praemium: sed primum habet ex convenientia ad regulam juxta quam debet elici; secundum ex eo, quod est in libera potestate agentis. Nec aliter Richardus de Mediavilla (in 2. Sent. dist. 40. ar. 2. q. 2.) actum exteriori bona est moraliter, in quantum est a voluntate deliberativa secundum regulam recte rationis; & mala, in quantum est contra.

255. Scholasticum diffidium in desideranda mortalitatis natura non impedit, quominus proferri possit omnium sensui accommodata definitio actus moralis; modo intelligi: erit autem ista, quae dicitur actus ab homine productus libera voluntate distinctus simpliciter, ut comprehendatur actus cum a voluntate elicit, tum ab alio cum liberum supponat voluntatis manantes. Nominatur tantum voluntas libera; quia vocabis satis exprimitur & praevia intellectus advertentia, & subsequens voluntatis determinatio a quavis necessitate immunis. Regulae nomine recta ratio proxime innui-

inquirat, remote aeterna Dei lex seu voluntas, quae media ipsa ratione nobis innoscit, & applicatur seu supremum & unicum agendi principium; & quae eadem regula indelinita sumitur, prout quidpiam aut jubet, aut verat, aut conlult, aut permittit. Ordo ad regulam non eum tantummodo signat, qui fert convenientiam actionum cum illa, sed & alterum oppositum, qui actionum ab ipsa discrepantiam importat. Ultimo fini accommodata praenunciatur ac regula, quoniam nec aeterna Dei lex, nec ratio recta aliud proponunt, nisi quod moribus informandis consentaneum est, adeoque conducit ad beatitatem, quae a morum honestate pendet. Sicuti autem actus moraliter mali referuntur ad regulam agendi quatenus ab eadem discordant: ita ad ipsam beatitatem referuntur, quatenus ejusdem affectionem impediunt.

SECTIO II.

De speciebus Moralitatis.

254. D Uas esse species supremas moralitatis, bonitatem videlicet, ac malitiam, apud omnes in consensu est. Etenim, cum ex dictis moralitas delumatur generatim ex ordine ad regulas morum; necessario consequitur, id quod est injuriosum regulae conformare, esse bonum; & malum vero, quod ab iidem difforme est: quae bonitas seu honestas actionum designat illarum conformitatem cum recta ratione, & malitia seu turpitudine deformitatem ab ipsa ratione. Quamquam, advocata eadem quod artinet, observant nonnulli, alia atque alia ratione actus humanos & morales, ita nominantur: ajunt namque, actus esse honestos vel turpes, quatenus cum praedicta regula agendi conveniunt, vel discrepant: esse vero bonos aut malos, quatenus ad finem ultimum perducunt, aut ab eo diltrahunt. Verum ut promoveat illa accipiantur, tametsi regula & beatitudo, ad nos referuntur, valde discrepant inter se, ut si iam communis facit, a quo neque nos recedere volumus.

255. Expediamus seorsim utramque moralitatis speciem, ut inde hauiamus, quae nostra plurimum interest scire. Primo bonitas moralis in honestate sita est, quae ex dictis convenientiam signat cum recta ratione, aeternam Dei voluntatem nobis manifestante. Equidem iam a vetustissimis temporibus apud doctos saepe personam tripartitam divisio boni utilis, delectabilis, honesti, seu rectius respectus triplex, sub quo considerare licet unum idemque bonum, ex ca. amoris erga Deum, qui simul est & honestus, quia maxime decet naturam rationalem; & jucundus, cum nulla major puriore voluptas quam ex Numinis dilectione nascatur, & utilis quoniam cum veram in hac vita libertatem, tum felicitatem summam in alia procreat. At tamen nihil proprie dicitur bonum moraliter, nisi quod honestum est: quippe bonum utile, & delectabile possunt esse obiectum tam bona, tam mala: actionis, prout nempe ad amantur ad consequendum vel honestum, vel inhonestum finem, proindeque per se nequeunt moribus nostris affundere bonitatem moralem.

256. Hinc duo haec sunt prout confectaria. Primum, solum bonum honestum posse simpliciter appellari bonum morale. Secundum, bonum honestum propter se extendendum, uti Seraphicus (Centil. par. 1. sect. 9.) indicat: honestum est, quod sua virtute trahit, & sua dignitate nos allicit: honestum lex respicit: cum e converso bonum utile & delectabile eatenus boni moralis nuncupatione donentur, quatenus cum honestate consociantur; atque ideo non propter se amari debent, sed propter ipsum honestum. Ceterum sic dicimus propter se amandum honestum, quoniam in tanta creatorum bonorum varietate unicum est, ad quod reliqua ordinari debent, quodque ad reliqua non ordinatur; sed non propterea contemnimus, in ipso honesto penitus silesandum, ac conquisicendum esse, nam ad increatum bonum omnino referri debet simul cum aliis quibuscunque. Unde Seraphicus (in 1. Sent. dist. 1. in fine) inquit. Quod obicitur de virtute, quod virtus est bonum honestum, dicendum quod bonum honestum dicitur dupliciter; aut quod est pure bonum, aut in quo relucet ejus similitudo: Primo modo honesto est fructuandum, proprie accepto frui, quia hoc solum terminat & quietat; secundo modo non nisi communitate accipitur, prout dicit delectationem; huiusmodi enim propter assimilationem ad Deum habent pulchritudinem, quae nos delectant & alliciunt. At tamen in ipso non est quiescendum, quia tunc amittunt pulchritudinem, quoniam virtutes, cum ad se referuntur, superbia sunt. & inflata: quod quidem palam percipitur in veterum Stoicorum iactantia: qui summum bonum quo possunt homines beati, in sola animi virtute repentes discitabant sapientem sibi nec sufficere ab beate vivendum etiam in rota, & in Phalaridis tauro, hoc est in congerie quarumvis arumatum.

254. In hac secunda sectione dividitur moralitas in duas supremas species, communi doctorum sensu admissas: quae sunt bonitas, & malitia.

255. Bonum proprie non est nisi quod dicitur honestum; licet omnia boni attributa, ut utile, & delectabile esse.

256. Solum bonum honestum est absolute bonum morale; & propter se extendendum, uti dicitur Seraphicus ad Deum.

finis ac seorsim agentibus causis editur, ut dum alius fidem Christi annuntiat ex vana gloria, alius ex animarum zelo. Quæstio sic intellecta a multis pendet in Sectione xv. Iubinde dicemus, quare utramque illius partem brevibus hic expendimus.

264. Indica-
tione respo-
ditur negative,
quantum ad
primum partem
de Similitudine
conferuntur. In-
telligitur mali-
tia ad eundem
actum.

264. Quoad primam partem præpositæ quæstionis, neutquam concedo, unicum numero actum ab uno eodemque homine productum, simul & eodem tempore esse posse bonum, & malum. Enimvero, ut ex communi sententia scribit Scotus (in 2. Sent. dist. 40. qu. un.) Bonitas actus moralis est ex aggregatione omnium conveni-entium actuum, non absolute ex natura actus, sed que conveniunt ei secundum rectam rationem. Quia igitur actus ratio recta dicit determinatum obiectum convenire, & determinatum modum, & alias circumstantias, non est completa bonitas ex solo fine, sed requiruntur aliæ circumstantiæ secundum ordinem prædictum ad hoc, quod bonitas sit. Quoties ergo datur aliquis actus ex obiecto malus, & bonus ex fine, ut dum mulier marito mentitur solo animo impediendi graves domesticas rixas; vel viceversa bonus ex obiecto, & malus ex fine, aut circumstantiis, ut dum mulier ob vanam gloriam aucupandam apud suas coæquales Sacram Synaxin frequenter, aut orationibus in templo vacat, dum operas suas præstare deberet propriæ familiæ: tunc in eiusmodi actu, adæquate considerato secundum aggregationem omnium ei convenientium in genere moris, illa partialis bonitas seu ex fine, seu ex obiecto, quodammodo inficitur ac deperditur, ita ut moralis iudicio reputetur, non partialiter bonus & partialiter malus, sed ex integro & absolute malus, iuxta de-canatum axioma Moralium; bonum ex integra causa, malum ex quolibet defectu: quod notat Scotus, talis actus non dicatur perfecte malus, quibusdam dumtaxat defectibus, que ad actum concurrere deberent, sicut de turpitudine in corpore patet; ideo reatus culpæ & poenæ in ipso attenuatur. Eadem fuit doctrina Seraphici (in 2. Sent. dist. 24. par. 2. ar. 2. q. 2.) plura requiruntur ad bonum consummandum, quam ad malum perpetrandum; unius enim circumstantiæ defectus operationem deformat: item Angelici (in 2. Sent. dist. 38. q. 1. ar. 4.) cum aliquis velit dare elemosinam propter inanem gloriam, hic est unus actus voluntatis; & hic actus totus est malus, licet non ab omni eo, quod in ipso est, malitiam habeat.

265. Subditi-
tione satis
pari quæsti-
one præposita
succellitur
essentialis,
& malitia ad
eundem ac-
tum.

265. Quoad secundam vero ejusdem quæstionis partem, arbitror distinctione opus esse, ut rite respondeatur. Quamvis actus in genere moris non multiplicatur, sed unus idemque perseverat, non potest bonitatem & malitiam habere ne quidem suc-cessive, sicutum ex Seraphico (n. 264.) bonitas & malitia habent rationem differentiæ essentialis, si comparantur ad actionem, secundum quod talis actio est, nimirum bona vel mala, adeoque, cum huiusmodi differentiæ aliunde sint inter se se oppositæ, fieri nequit, ut simul efficiant eundem actum invariata manente solius moralitate specifica. Ad ubi actus morales eundem actum invariata manente solius moralitate in actibus indifferentibus ambulandi, legendi; vel ob moralem mutationem obiecti, ut in actibus manducandi carnes, celebrandi Missam, qui tempore etiam tali, & Ec-clesiæ interdicitur aut pollatur: sunt illiciti, licet vero elapso tali tempore: tunc haud gravate fateor, posse successive bonum, & malum dici immutata naturali specie & essentialis actus humani secundum genus naturæ considerati, sed mera eius accidentia; ex alia parte prædicta mutatio hinc extrinseci, aut obiecti potest inducere absque ulla repugnantia diversam moralitatem in ipsum actum, ita ut succes-sive & bonus & malus dicatur. Id ipsum, quod de externis actibus nunc ostensum est; potest de internis quoque enuntari: uti Angelicus (q. 2. de malo ar. 4.) in-dicatur: si in aliquo actu continuo primo feratur intentio ad bonum, postea ad malum: sequitur, quod sit idem actus numero secundum suam naturam, sed tamen differe-ns secundum quod est in genere moris.

SECTIO III.

De numero Specierum Moralitatis.

266. In hac
sección af-
feratur deter-
minatus nu-
merus spec-
rum morali-
tatis; sicque
dicitur.

266. Supposito, quod bonitas, & malitia duæ sint oppositæ species, quæ genus moralitatis dividunt, adeoque moralibus actionibus disjuncte conveniunt per modum essentialis differentiæ, quemadmodum superiori Sectione patecimus; iam hoc alterum discutendum venit, videlicet an sint præterea differentiæ im-mense; sicque dicitur, ita ut universum moralitatis genus exhaustiant, nullamve actionem alterius

Speciei relinquunt: & hæc quæstio eo recidit, num indifferentia sit admetenda tamquam species moralitatis media inter bonitatem, ac malitiam. Ne quis forte inducatur in gravissimæ illius controversiæ statum recipiendo, præstat audire Seraphicum (in 2. Sent. dist. q. ar. 1. q. 3.) sic apposite scribentem. Cum queritur, utrum actio dividatur per bonum, & malum tamquam per differentias immediatas, est quæstio de actione voluntatis deliberativa, secundum quod deliberativa est; illa enim est, quæ dividitur per bonum, & malum. Et quantum de actione voluntatis deliberativa dupliciter est loqui, scilicet quantum ad genus actionis, & in compara-tione ad operantem; dupliciter possunt hæc differentia ad actionem comparari, aut secundum genus operis, aut respectu operantis. Si primo modo, sic planum est, quod non est divisio per immediata; immo inter actionem bonam, & malam actionem in-differentem contingit reperiri mediam, & in hoc communitur omnes concordant. Si autem loquamur de bonitate, & malitia actionis in comparatione ad operantem, si sunt diversæ opinionum.

267. Hinc intelligimus, duas easque diversas moveri posse quæstiones, ubi de in-differentia sermo est: una, an dentur actiones indifferentes secundum speciem seu naturam; altera, an admittendæ indifferentes etiam in individuo, prout hic & nunc ab homine sunt. In primis specificam actuum indifferentiam admittendam esse con-stat ex Seraphico prælaudato, atque ex Angelico, qui (1. 2. q. 18. ar. 8.) ait: potest movetur, in esse aliquod medium inter bonum & malum, levare solum de terra, ire ad campum, que censo-riæ huiusmodi actus secundum speciem suam sunt indifferentes: concordant pariter reli-qui Doctores Catholici. Quod si opponas, indifferentiam huiusmodi elevari ex ipa ratione, qua (n. 24.) probavimus duas supremas moralitatis species recurrendo ad regulam morum; quia nimirum inter conformitatem cum regula agendi, & diffor-mitatem seu dissonantiam ab eadem regula, nequit dari medium, adeoque nec in-ter bonitatem, & malitiam, quæ sic sunt in ea duplici habitu dine actus humani cum regula agendi. Si hoc, inquam, opponas, ex hac alia Angelici doctrina (1. 2. q. 93. ar. 2.) solutionem sumere licebit. Præcepta legis sunt de actibus huma-nis, in quibus lex dirigit: sunt autem tres differentie humanorum actuum: nam quidam actus sunt boni ex genere, qui sunt actus virtutum: & respectu horum ponitur legis actus præcipere vel imperare: quidam vero sunt actus mali ex genere, sicut actus vitiosus; & respectu horum lex habet prohibere: quidam vero ex genere suo sunt actus indifferentes; & respectu horum lex habet permittere.

268. Itaque si rellæ Angelico permittere indifferentiam numeratur inter actus seu officia legis universim acceptæ, quatenus lex non solum mere negative se habet circa illa, sed positive commoustrat, ea ex suo genere nec bona esse nec mala, & ideo permittit; iam indifferentia sunt utique consentanea legi, non qua præci-piens, aut prohibens est, sed qua permittens: prinde, cum ipsa lex sit motum re-ctum inter moralitatis species admitti debet indifferentia, quin opus sit admittere medium inter convenientiam cum lege, & discrepantiam a lege. Si quæras po-teritatem intelligendæ ejusmodi indifferentiæ, an per solam negationem in-trinsecæ extremi, bonitatis scilicet & malitiæ, an per veram speciem positivam? Respondeo, utrumque posse affirmari: nam actus, qui dicitur indifferens, speciem positivam habet ab obiecto suo, quatenus obiectum nec honestum nec turpe ex se est, sicuti actus boni & mali fortuntur a propriis obiectis positivam speciem suam, pariter habet negationem bonitatis & malitiæ ab eodem obiecto, quod honestatis æque ac turpitudinis expert supponitur. Igitur denominatio indifferen-tis funditur quidem a negatione bonitatis, ac malitiæ, attamen non impedit, quominus indifferentia censatur positiva species moralitatis, cum & ipsa subisset legi mor-tes dirigenti.

269. Quotiescunque actionum Specifica indifferentia, eo intelligatur ac defenda-tur moderamine, quo ab Angelico laudato, aliique Catholicis tolet proponi, ut nempe ad aliquas solum referatur actiones; licebit tuto pede procedere inter extre-mos duos errores. Primus mentem occupavit plurimum cum præsecorum Academicorum recentium Incredulorum (n. 258.) quibus omnia sunt indifferentia, quippe cum omnia metiantur folis hominum opinionibus, statutis emolumentis, nihil natura turpe aut honestam proprie recognoscunt. Secundus insidit Vni-versi Concilio Constantiense (Sess. 15.) damnavit sequentem eorum Articulum (ord. 16.)

diviso immediata humanorum operum est, quod sint virtuosæ, vel vitiosæ: quia, sicut vitium seu peccatum mortale inficit omnes actus hominis vitiosos; sic virtus virtuosificat omnes actus hominis virtuosos. Hoc ipsum circa humanas actiones systema, præter Novæstrum.

269. Quisquis
ista commu-
niter dicitur
fatur indif-
ferentiam spe-
cificam qua-
rumdam acti-
onum, in ip-
somet aliis
utroque extre-
mo vitare tum
Scipitricum
moralium, tum
hereticorum
errorem.

270. Evangelicus textus de arbore mala, non faciente fructus bonos, liberatur a dissona expositione Novatorum.

271. Proponitur questio secunda de individuali indifferentia actionum circa quam discors semper fuit Scholasticorum Magistrorum iudicium.

272. In hoc questione de actibus indifferentibus in individuo ly indifferentes non sumitur pro eo quod nec voluntatem nec vitam aeternam merentur.

273. Neque by indifferentes sumitur pro eo, quod respectu spiritualis salutis nec bonum, nec malum vocari possit.

errores alios susceperunt deinceps quasi hereditario jure Bajani, Jansenistae, Quenelliani; qui propterea docent, omnia indiscriminatum seu infidelium, seu improborum hominum opera esse peccata, utpote ab incredulitatis, & concupiscentiae mancipiis manantia. 270. Novatores isti maximum causae suae praesidium repositum arbitrantur in verbis Christi (Matth. 6. 7.) non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere. Vix illius Divinae Scripturae locus, ex quo tam multos varioque errore conati fuerint elicere Haeretici diversorum temporum. Hinc enim deduxerunt Manichaei duas rerum naturas, unam bonam, alteram malam, unde boni malique extarent homines, Donatistae malos Sacerdotes irrita conferre Sacramenta; Pelagiani ex usu boni conjugii peccatum originale minime prodire, Jovinianus homines ex Deo natos non posse peccare; quemadmodum variis in libris testantur S. Hieronymus, & S. Augustinus. Quod spectat ad perverlam Novatorum interpretationem, qui mala dicunt quaecunque actu sunt ab hominibus vitiosis, hac praecite de causa, quia habitum mali sunt; eam jamdiu explicat D. Bonav. (in 2. Sent. dist. 41. dub. 2.) qui duplicem proposuit respondendi modum, passim nunc a Theologis usurpatum. Ad illud quod obiicitur, quod arbor mala non potest bonos fructus facere; intelligenda est locutio per se, id est, si operetur voluntas mala, in quantum mala, videlicet mala intentione; si autem non per se intelligatur, non est sermo verus; nisi intelligatur de bono perfecto, quod quidem est bonum meritorium: sed tunc non sequitur; non facit fructum bonum, ergo facit fructum malum; quia inter tale bonum, & malum est medium, sicut supra (dub. 1.) ostensum est. Ad assequendum genus hujus Evangelici textus praestabit legere Cornelium Jansenium Episcopum Gandavensem (Dom. in concord. Evang. part. 2. cap. 42.) ubi scite ostendit, non omnia, quae Dominus dicit ad litteram de arbore bona vel mala; eodem modo accommodanda hominibus per similitudinem arboris parabolice designatis.

271. Gradus nunc faciendus est a specifica ad individualem indifferentiam actionum humanarum; sive, ut verbis utar Seraphici (n. 266.) actiones consideratae jam secundum genus operis, expendenda modo respectu operantis. Possibile non est celebrem hanc de actibus indifferentibus in individuo quaestionem definire ex unanimi aut fere unanimi Doctorum sensu, quemadmodum hucusque conatus sum pleraque proponere Scholasticae concordiae promovenda causa, quae quo major, eo validior ad profligandos veritatis, ac honestatis hostes. Compertum namque est, non praesenti solum aetate, verum superioribus saeculis contrarias ea de re doctrinas & Sapientium ore, & calamo produisse, ita quidem ut neque Thomas ac Bonaventura; qui ceteroquin in docendo tam egregie conspirarunt, unquam inter sese convenire potuerint. Quo me igitur veram a tantis duobus mihimet relictus, atque in tam acri & universali constitutus conflictu? Cum praesens quaestio ejus sit indolis, ut modo nihil pro alterutra litigantium parte videatur posse produci, quod jamdiu non fuerit in scholis auditum; aliunde vero iustitiae mei tenuitas bilanci nullum valeat addere pondus; has ob causas consultum arbitror unquam assumere curam dislinde exponendi, quae ad penitentiorem faciunt controversiae intelligentiam, atque tum insigniores vindices, tum praecipua momenta utriusque oppositae sententiae commemorare.

272. In primis, ad vocem indifferentes quod attinet, impraesentiarum non disceptatur, num admittendus sit actus aliquis humanus sic indifferentes, ut neque sit bonus, id est aeternae vitae meritorius, neque malus, id est aeterna poena dignus; actus enim sensu isto indifferentes admittunt Catholici omnes fide indubia, eorumque exempla in promptu sunt. Nam ex Apostolo (1. ad Cor. c. 3. dantur in nobis lignum, solum, stipula, videlicet juxta SS. Patrum interpretationem peccata venialia, quorum aliqua omnino ex genere suo talia sunt, uti verbum otiosum, mendacium officiosum, vanus vestium ornatus: porro ex Seraphico (in 2. Sent. dist. 42. art. 2. q. 2.) peccatum veniale vitam aeternam retardat, quia a Deo elongat; nec tamen obligat ad poenam aeternaliter cruciantem, quantum est de se; adeoque nec vita, nec mors aeterna eidem debetur. Rursus actus fidei, timoris, spei, quibus impii divina gratia excitati, & adjuti disponuntur ad justitiam ex Concilio Tridentino (Sess. 6. c. 6.) neque sunt meritorii vitae aeternae, cum non fiant in statu gratiae sanctificantis, quae illius semen pignusque est; neque digni aeterna poena, cum ex eodem Conc. (Sess. 14. c. 4.) dona Dei sint, & Spiritus Sancti impulsus, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum moventis; quo perveniens aditus viam sibi ad justitiam parat. Idem dicas de oratione respicientis peccatoris, quae nec mala est, nec supplicio digna: unde da-

mnata a Clemente XI. ea Quaesitii propositio (ord. 59.) oratio impiorum est novum peccatum, & quod Deus illis concedit, est novum in eos iudicium.

273. Neque pariter quaeritur, an existere possit humanus actus eo sensu indifferentens, ut nec bonus sit, nec malus in ordine ad spiritualem salutem in hac vita inchoandam. Etenim Catholica itidem doctrina adversus Novatores (n. 269.) instruitur, infideles homines non peccare in quavis actione sua, sed posse bonum aliquod in genere moris interdum operari; quia ex Angelico (2. 2. q. 10. ar. 4.) remanet in eis aliquid bonum naturae, idcirco quamvis non possint operari bona opera, quae sunt ex gratia, scilicet opera meritoria; tamen bona opera, ad quae sufficit bonum naturae, aequaliter operari possunt; unde non oportet, quod in omni suo opere peccent: sed quodcumque aliquid opus operantur ex infidelitate, tunc peccant. Nec obstat D. Augustini effatum, omnis vita infidelium peccatum est; nam ex Seraphico (in 2. Sent. dist. 41. dub. 2.) hoc ideo dicitur, quia per nullam actionem, quam agunt, liberantur a culpa, quamdiu in infidelitate persistunt; & ideo sensus est, omnis vita infidelium est peccatum, id est, non sine peccato. Similiter intelligenda sequens auctoritas, & alia conformes, cum dicitur, quod ubi deest cognitio veritatis, falsa est virtus, non quia illa virtus sit vitium, sed quia deficit a vera virtutis perfectione: nam virtus vera dicitur, quia veraciter perducit ad vitam. Porro autem infidelium actiones, quantumvis intra naturae continia bonitatem moralem habere possint, & eo ipso malae non sint dicendae in ordine ad spiritualem salutem, nihilominus non sunt eatenus bonae, ut ad illam proxime ordinentur. Siquidem opera, solis arbitrii liberi viribus peracta per generalem Dei concursum, nullam habere possunt seu meriti seu conditionis rationem ad consequendam salutem, & gratiam supernaturalem, quam Christi passio sua nobis promeruit; quia si gratia ex operibus (ad Rom. cap. 11.) gratia jam non est gratia.

274. Itaque proposita quaestio ad eos dumtaxat restringitur actus, qui vocantur indifferentes in hoc sensu, quoniam concipiuntur quasi medii inter illos, qui in seculo genere moris, hoc est relate ad rectam rationem, boni ac mali sunt. Praeterea superponit, eosdem actus esse deliberatos; quia ex Angelico (1. 2. q. 18. ar. 9.) si actus non procedant a ratione deliberativa, sed ex quadam imaginatione, sicut cum aliquis fricat barbam, vel movet manum; talis actus non est proprie loquendo moralis vel humanus: sicque est indifferentens, quasi extra genus moralium actionum existens. Quapropter quaestio status erit iste: an possit existere actio deliberata & humana ex calidendi, ambulandi, comedendi, quae considerata secundum omnes circumstantias, in quibus ab homine hic & nunc elicitur, nullam habeat moralem bonitatem, aut malitiam, sed sit prorsus indifferentens inter utramque; adeoque a lege, quae norma agendi est, nec praeccepta, nec prohibita, sed mere permessa? His omnibus in antecessum observatis videamus nunc, quidnam hac de re sentierint, sentiantque Scholastici Doctores.

275. D. Thomas praelaudatus, ejusque Sodales Theologi; Augustinensis Familia, ac plures variarum Scholarum Auctores, junctis viribus contendunt, haud posse dari actum humanum hoc postremo sensu indifferentem. Ex adverso possibilem, ac reapse admittendum propugnant: tres praecipui Franciscanae Scholae Magistri, Alexander Aletius, S. Bonaventura, Extra praeterea plerique ipsorum Aetiae. Richardus tamen de Mediavilla ex antiquis causam hanc problematice pertractat (in 2. Sent. dist. 40. ar. 2. qu. 3.) finens, unumquemque tenere seu primam seu secundam opinionem, quamvis priorem sibi probabilioris videri fateatur. Ad posteriorum partes accesserunt quavis aetate multi Theologi illustres tum ex vetustis, ut Gabriel Biel Tubingensis, Almainus Parisiensis, tum ex recentibus, ut Vasquezius, aliique plures Societatis Jesu, inter quos nuperrimus Scriptor Institutionum Juris universalis Naturae, & Gentium P. Ignatius Schvvarz haec subdit (Part. 1. tit. 1. Instr. 2. 6. 4.) post maturam discussionem utriusque sententiae oppositae. Utraque sententia est admodum probabilis, prima probabilior ab auctoritate, secunda a ratione: illa de consilio secunda, cum hominem melius disponat ad finem ultimum, & virtutum exercitium; haec in praxi omnino tuta, conformior humanae fragilitati, & statui tot distractionum, benignitatis itidem Divinae circa nos Providentiae, ut recte animadvertit S. Bonaventura.

176. Mirum fortasse cuiquam videbitur, quod Angelicus, ceterique prioris classis Doctores inficiantur actus indifferentes in individuo, cum admittant (n. 167.) indifferentes esse posse secundum speciem: sic enim videntur admittere speciem ex tra omnia individua. Verum hoc pacto possunt ipsi amovere a proprio systemate omnem contradictionis, & absurditatis notam. Dum actus consideratur secundum individuali. Antoine Theol. Moral. T. I. P. I. spe-

273. Neque by indifferentes sumitur pro eo, quod respectu spiritualis salutis nec bonum, nec malum vocari possit.

274. Proposita quaestio status erit iste: an possit existere actio deliberata & humana ex calidendi, ambulandi, comedendi, quae considerata secundum omnes circumstantias, in quibus ab homine hic & nunc elicitur, nullam habeat moralem bonitatem, aut malitiam, sed sit prorsus indifferentens inter utramque; adeoque a lege, quae norma agendi est, nec praeccepta, nec prohibita, sed mere permessa?

275. Recte sentitur illustriores Patroni utriusque contrariae sententia.

276. Planum sit quomodo citra ullum absurdum admitti possit indifferentia specifica actionum, negata individuali.

speciem, ejusdem obiectum praecise attenditur, sepositis circumstantiis in quibus actus venire potest, & sub hac consideratione debet utique admitti indifferentia tanquam species moralitatis media inter bonitatem, ac malitiam, quia revera extant obiecta, quae collata cum regula agendi nec praecpta nec prohibita deprehenduntur. At quoties actus in individuo spectatur, attendendae etiam circumstantiae, in quibus hic & nunc producitur; cum singula quae sunt, sint plane individua, certisque vestigia circumstantiis. Jam vero cum moralitas actuum tum bona tum mala primario quidem desumatur ex obiecto, secundario vero ex circumstantiis, & aliunde inter circumstantias cujusvis deliberate actionis numeretur (ut ipsi supponunt) intentio finis bonifera rationali convenientis: inde est, ut ipsorum iudicio actus reputari debeat malus, ubi exercetur circa illum honestatis intuitum; bonus, ubi non honestatis intuitu: quamvis, ratione solius obiecti, nec bonus nec malus sit. Itaque quot sunt actus ex obiecto indifferentes, tot sunt individua illius speciei moralis, quae indifferentia vocatur. Sed huiusmodi actus licet non habeant ex propria specie, quod sint boni vel mali; aliunde tamen bonitatem aut malitiam contrahere possunt, scilicet ex circumstantiis & conditionibus individualibus, in quibus necesse est ipsos evenire, quotiescunque deliberate producuntur. Quare hac duo optime cohaerent; scilicet nullum extare actum indifferentem in individuo, quamvis secundum speciem aliqui possint esse indifferentes.

277. Proferatur
ratio fundam
mentalis opi
nionis negantis
actus indiffe
rentes in indivi
duo.

277. Ex huiusmodi doctrina quilibet anteligit palpare momentum sententiae negantis actus indifferentes in individuo: quod totum in hoc situm est, quia cum de deliberate operatione rationalis creaturae debent ad finem honestum ordinari, ad eoque boni, aut malas ipsas evadere necessum est, prout talis ordinatio fit, aut non fit. Audiatur Angelicus (1. 2. q. 18. ar. 9.) qui in hunc modum declarat, admittendum actum indifferentem secundum speciem, sed non secundum individuum. *Contingit quandoque aliquem actum esse indifferentem secundum speciem, qui tamen est bonus vel malus in individuo consideratus. Et hoc ideo, quia actus moralis non solum habet bonitatem ex obiecto, a quo habet speciem, sed etiam ex circumstantiis, quae sunt quasi quaedam accidentia: sicut aliquid convenit individuo hominis secundum accidentia individualia, quod non convenit homini secundum rationem speciei: Et oportet, quod quilibet individualis actus habeat aliquam circumstantiam, per quam trahatur ad bonum vel malum, ad minus ex parte intentionis finis. Cum enim rationis sit ordinare, actus a ratione deliberativa procedens, si non sit ad debitum finem ordinatus, ex hoc ipso repugnat rationi, & habet rationem mali: necesse est autem, quod vel ordinetur, vel non ordinetur ad debitum finem; unde necesse est, omnem actum hominis a deliberativa ratione procedentem in individuo consideratum, bonum esse vel malum.*

278. Exponitur
praecipua ratio
opinionis ad
mittentis ad
actus in indivi
duo indifferen
tes.

278. Ceterum alterius sententiae affirmantis Patroni omni conatu sese opponunt huic necessitati universali, & absolute relationi operum ad finem honestum in genere moris, quae in adverso systemate indubitanter assentitur tanquam basis mox expositi ratiocinii. Itaque ajunt ipsi, Deum summe benignum indulgere humanae naturae fragili, infirmae, atque in statu continuae distractionis positae, ita ut homo non teneatur semper dirigere actiones singulas ad altiorum honestatis finem, sed possit interdum quaedam agere propter aliquem finem inferiorum, proxime respicientem indigentiam ipsius naturae humanae: uti sunt expuere, sternutare, purgamenta projicere, se movere, refrigerare, & similia. Ex quo sequitur, actus hujusce generis nec positive inhonestos dici posse, quia conformes voluntati Dei saltem ut permittenti & indulgenti; nec positive honestos; quia motivum solius permissionis ad honestatem insufficientis est; adeoque vocandos indifferentes. Quocirca concludit Seraphicus (in 2. Sent. dist. 41. ar. 3. q. 3.) & cum eo etiam Scotus (ead. dist. q. 1.) quod sicut non dicitur homo esse otiosus semper, quando non laborat; sed tunc, quando non laborat, & debet laborare: ita non omnem actum malum esse ex hoc solum, quod caret tali bonitate, scilicet ordinatione in finem honestum; sed qui caret bonitate, quam debet habere: non autem actum debere habere talem bonitatem. Itaque, si quid ego capio, tota quaestio amplissima huc tandem redigitur, ad divina bonitas indiget humanae fragilitati nec ne, ut aliquae saltem actiones ab homine deliberate & consulto operante non referantur ad finem vere honestum seu moraliter bonum? Quod cum ego fideat vel affirmare vel negare minime audeam, aliis decernendum relinquo.

SECTIO IV.

De Fontibus moralitatis.

179. Bonitatis, ac malitiae moralis capaces non esse nisi actus vere humanos, id est voluntarie ac libere productos, propterea quia hi soli possunt libere directione rectae rationis, sapientiae iam a nobis observatum esse. Ut autem bonitatis ac malitiae actuum ex eorum ad huiusmodi regulam habitudine detegatur, non quomodocumque confertendi cum ista regula; sed sub triplici respectu, videlicet ratione obiecti, finis, circumstantiarum; comparatio instituetur; quippe secundum horum trium aggregationem aequatque cognosci humanum actum docet Scotus (n. 264.) ex communi sententia. Exinde nata est distinctio dupliques bonitatis ac malitiae, quarum alia dicitur formalis seu actualis, alia obiectiva seu fundamentalis. Secunda reperitur in solo obiecto, ipsiisque constituit bonam, aut malam actionem, sive secundum rectam rationem appetendum, aut averfandum; prima residet in ipso consensuum, & sumpto secundum aggregationem omnium conditionum ad ejus moralitatem consensuum, & saepe actus constituitur formaliter bonus, aut malus. Unde actualis praesupponit obiectivam; nec enim ideo obiectum censetur bonum, aut malum, quia recte aut perperam voluntate appetitur; sed potius a voluntate recte aut perperam appetitur, quia obiectum per se bonum, aut malum est. Adest & aliud discrimen, quia videlicet actualis bonitas & malitia per se convenit actui interno, & per participationem seu denominativam actui externo: obiectiva vero praecipue competit actui externo, prout tamen est obiectum interni.

279. Si hoc
quarta sectio
ne agit de
obiecto. Fine &
Circumstanti
is, unde circum
stantiae res
perpendat. Rep
eritur finis,
quod sit boni
& mali
Formalis, ac
quae Obiectiva

280. In scholis familiare est displicere actualibus bonitatem, ac malitiam actionis in materialem, & formalem. Quotiescunque actio a voluntate producta repta congruit rectae rationi, ac legi aeternae, aut ab utraque discrepat, tunc appellatur bona, aut mala materialiter. Ubi vero ipsa materialis bonitas aut malitia actionis imputatur amenti voluntati ad laudem, vel reprehensionem, ad praemium vel poenam; eo, quod priusquam fieret actio, eadem bonitas aut malitia cognoscatur, vel saltem poterat, ac debebat cognosci; tunc vocatur actio bona, aut mala formaliter. Si ex ca. pure materialis foret bonitas elemosynae, si quis Dominum honorare tentaret de lublantia sua, quam ex errore alienam putat: formalis vero bonitas simul accederet, si pecuniam erogaret, quam suam esse deprehendit. Pariter malitia luxuriae sicut solum materialis in Patriarcha Jacobo comprehendit cum Lia, quam inculpate opinabatur esse Rachelam; in Herode autem Rege, scilicet abuterente uxore fratris sui, sicut etiam formalis. Ita malitia interfectionis Christi materialis simul ac formalis sicut in Majoribus Judaeorum qui moti sunt ex invidia; in Popularibus vero, qui moti sunt ex ignorantia audientes a prioribus, quod blasphemasset ac morte dignus esset, materialis tantum fuit; quamquam non omni ex parte, quippe ex Seraphico (in 2. Sent. dist. 40. dub. 3.) *Lites Judaei simplices & populares patentes se occidendo Christum, gladio linguae, blasphemum interfecere, & sic obsequium Deo praestare: ista tamen ignorantia non excusat, pro eo quod opera, quae Christus fecit, non solum magnis, sed etiam parvis notitiam sanctitatis ejus praestare poterant.*

280. Sequitur
subdivisi A
ctus bonitas
ac malitia
in Materialem,
& Formalem,
quae seipsum
memoratur in
Theologia Ma
terialis, & for
malis habenda in
terendo judicio
de suis variis
actionibus.

281. Ut hac occasione momentum quid moneamus, praecipua controversia inter Probabilistas, & Probabilistas huc spectat. Videlicet quando circa honestatem vel inhonestatem cujusvis actionis, ex ca. aliquis contractus, dux circumferuntur oppositae opiniones Doctorum, una magis probabilis ac tuta, altera minus probabilis & tuta; & aliquis, huiusce dissidii probegnarus se determinat ad agendum juxta opinionem minus probabilem ac tutam, relicta prioris, quia nempe persuasum habet se praesentem agere sequendo opinionem, quae dicitur probabilis, & a doctis viris desentat: tunc, si contingeret talem actionem a norma legis reapse discordare ex ca. contractum esse usurarium, utrum homo sic agens excusetur coram Deo ob ignorantiam invincibilem, atque ejus actio repugnans legi censenda sit materialiter dumtaxat mala nec ne, hoc est illud, de quo maxime contentio verteritur. Probabilistae utrumque constanter affirmant, seque arbitrantur se reddere immunem ab omni gravi periculo usum proprii systematis: est Probabiliorum neutrum sibi in animum inducere possunt, considerata praesertim genuina notione ignorantiae vere invincibilis (n. 209.) sic enim ratiocinantur. Ignorantia invincibilis (ut legitur apud P. Anacleum Probabilistam in scholis tritum) ea est, quae morali diligentia superari ac tolli nequit, eo quod nunquam in mentem venerit,

281. Declaratur
superior dis
sidiu. Mate
riale, & for
malis bonitas
ac malitia
alio observan
tione patet, &
convergentia de
Probabilismo

ambitare aut cogitare de opposito; vel etiam in mentem venit, tamen adhibita diligenti inquisitione, ignorantia illa depelli, & veritatis cognitio acquiri non potuit. Atqui conditiones istae non videntur quadrare ignorantiae illius hominis, qui Probabilissimi clypeo munitus quidpiam agit, quod est re ipsa a lege vetitum: quia ex una parte novit ex Logica, propositum contradictorium, hic contractus est licitus, & non est licitus, necessario unam esse veram, alteram falsam; ex alia parte ex duabus opinionibus hoc modo contrariis ipse eam feligit, quam detinet esse minus vero similis tutamque, spectata sua ratione intima, & ut auctoritate externa Doctorum. Igitur, si contra legem agit, non potest obtendere ignorantiam vere inveniabilem, & transgressionem pure materialem.

282. Consideratur Obiectum, quod est velius sit primus, ex quo moralitas actionum humanarum derivatur.

282. Activalem sive formalem (n. 279.) duntaxat bonitatem & malitiam actionum intelleximus, quoties eam nominavimus in praecedentibus Articulis. Nunc mentem convertimus ad obiectivam seu fundamentalem, quae huius loci propria est; adeoque de obiecta agimus, quod est primum illud, unde derivatur moralitas actionum. Universalis doctrina est, humanos actus primario haurire speciem suam moralem ab obiecto, ita scilicet ut dicantur boni vel mali secundum speciem ac naturam, prout versantur circa rem, quae recte rationi congruit, vel non congruit. Constat id auctoritate & ratione manifesta: nam Osee (c. 9. v. 9.) dicitur: facti sunt abominabiles, sicut ea, quae dilexerunt: ex quo sic argumentatur Angelicus (1. 2. q. 18. ar. 2.) sit homo Deo abominabilis propter malitiam suae operationis, ergo malitia operationis est secundum obiecta mala, quae homo diligit; & eadem ratio est de bonitate actionis. Quare hoc sensu intelligendum est itum D. August. (1. 2. in 1. Joan.) talis est quisque, qualis est eius dilectio; terra est diligens? terra est: Deum diligis? quid dicam? Deus eris. Certe in natura genere actus specificari ab obiectis, vetus est Philosophorum axioma; quidni ergo in genere moris idem erit? Quod si contingat reperiri obiecta, quae suapte natura nec bona, nec mala sunt, sed indifferenta; tunc bonitas & malitia actuum, qui circa illa versantur, repetenda erit a fine vel circumstantiis, quae in tali casu consentant induere rationem obiecti moralis; ut dum ambulatio fit bonae recreationis, vel recuperanda valetudinis causa; & ad intentionem persequendi adversarium, sive eo tempore, quo est a Superioris interdicia: in priori enim casu bona, in posteriori mala est ex fine, & circumstantiis.

283. Statuta obiecti procedit ad rationem, dum subalternatur actui, cuius obiectum dicitur, & unde obiectum consentitur bonum & conveniens, quando actus versatur circa rem modo consentaneam rectae rationi; malum vero & inconveniens, ubi actus circa rem occupatur secus ac dicitur ratio recta. Sic obiectum, ex quo sumptio cibi & potus habet, quod sit bona aut mala in genere moris, non sunt precise cibus & potus, cum possint peraeque media esse tum gulae, tum temperantiae, sed cibus & potus, prout iuxta, vel contra regulam rationis assumuntur; idipsum dicitur de pecunia, quae & avaritiae fovenda, & liberalitati exercenda potest inferrire. Recte haec distinctio obiecti absolute, & respectivo considerati, facile capies, quomodo actiones humanae possint evadere male ex obiecto, quavis in rebus ipsis non sit malum. Licet res exteriores, verba sunt Angelici (1. 2. q. 18. ar. 2.) sit in seipsis bona, tamen non semper habent debitam proportionem ad hanc vel illam actionem: & ideo, in quantum considerantur ut obiecta talium actionum, non habent rationem boni.

284. Traditio obiecti esse obiectum, confirmat Scotus (in 2. Sent. ar. 7. qu. un.) cuius integrum textum referre pivat, quoniam & alia complectitur, quae deinceps lumen nobis praebere possunt. Praeter bonitatem naturalem voluntatis, est triplex bonitas moralis secundum ordinem se habens. Prima dicitur bonitas ex genere. Secunda potest dici bonitas virtutis vel moralis, sive ex circumstantia. Tertia bonitas meritoria, sive gratuita, sive ex accipiente divina in ordine ad premium. Prima competit voluntati ex hoc, quod ipsa transit super obiectum conveniens tali actui secundum dictamen rectae rationis. & non solum qui est conveniens tali actui naturaliter, ut sol visio; & hoc est prima bonitas moralis, quae ideo potest dici ex genere, quia est quasi materialis respectu omnium boni ulterioris in genere moris. Secunda convenit voluntati ex hoc, quod ipsa elicitur a voluntate cum omnibus circumstantiis, distinctis a recta ratione debere sibi competere in eliciendo ipsam; bonum enim est ex causa integra. Tertia convenit actui ex hoc, quod praesupposita duplici bonitate iam dicta, ipsa voluntas elicitur conformiter principi

283. Porro nomine obiecti conferentis actibus moralem speciem, non intelligitur res aliqua in se precise spectata; sed potius res, quatenus certum praesertit respectum ad rationem, dum subalternatur actui, cuius obiectum dicitur, & unde obiectum consentitur bonum & conveniens, quando actus versatur circa rem modo consentaneam rectae rationi; malum vero & inconveniens, ubi actus circa rem occupatur secus ac dicitur ratio recta. Sic obiectum, ex quo sumptio cibi & potus habet, quod sit bona aut mala in genere moris, non sunt precise cibus & potus, cum possint peraeque media esse tum gulae, tum temperantiae, sed cibus & potus, prout iuxta, vel contra regulam rationis assumuntur; idipsum dicitur de pecunia, quae & avaritiae fovenda, & liberalitati exercenda potest inferrire. Recte haec distinctio obiecti absolute, & respectivo considerati, facile capies, quomodo actiones humanae possint evadere male ex obiecto, quavis in rebus ipsis non sit malum. Licet res exteriores, verba sunt Angelici (1. 2. q. 18. ar. 2.) sit in seipsis bona, tamen non semper habent debitam proportionem ad hanc vel illam actionem: & ideo, in quantum considerantur ut obiecta talium actionum, non habent rationem boni.

284. Ubi de moralitate actionum agitur, ea ratione mox indicata considerandum esse obiectum, confirmat Scotus (in 2. Sent. ar. 7. qu. un.) cuius integrum textum referre pivat, quoniam & alia complectitur, quae deinceps lumen nobis praebere possunt. Praeter bonitatem naturalem voluntatis, est triplex bonitas moralis secundum ordinem se habens. Prima dicitur bonitas ex genere. Secunda potest dici bonitas virtutis vel moralis, sive ex circumstantia. Tertia bonitas meritoria, sive gratuita, sive ex accipiente divina in ordine ad premium. Prima competit voluntati ex hoc, quod ipsa transit super obiectum conveniens tali actui secundum dictamen rectae rationis. & non solum qui est conveniens tali actui naturaliter, ut sol visio; & hoc est prima bonitas moralis, quae ideo potest dici ex genere, quia est quasi materialis respectu omnium boni ulterioris in genere moris. Secunda convenit voluntati ex hoc, quod ipsa elicitur a voluntate cum omnibus circumstantiis, distinctis a recta ratione debere sibi competere in eliciendo ipsam; bonum enim est ex causa integra. Tertia convenit actui ex hoc, quod praesupposita duplici bonitate iam dicta, ipsa voluntas elicitur conformiter principi

promerendi, quod est gratia vel caritas, sive secundum inclinationem caritatis. Exemplum de primo, dare elemosynam. Exemplum de secundo, dare elemosynam de proprio pauperi qui eget; & in loco quo melius potest sibi complere. Exemplum de tertio, istud opus facere non tantum ex inclinatione naturali, sed ex caritate, ex qua faciens est amicus Dei, in quantum respicit opera eius. Haec triplex bonitas est ita ordinata, quod prima praesupponitur secunda, secunda tertiae, & non e converso. Hinc triplici bonitati opponitur triplex malitia ex genere, ex aliqua circumstantia, & in demerito.

285. Petes forsitan, cur Angelicus & Subtilis primariam bonitatem & malitiam actionum in genere moris doceant provenire ex obiectis relatis ad rectam rationem, & non potius ab ipsa ratione aut lege aeterna, quae sunt agendi norma? Respondet, utramque de sumi posse & ab obiecto, & ab agendi norma, sed diverso modo. Dupliciter cognoscere licet, aliterque res bonitatem vel perfectionem: primo ex eius principis, & accidentibus; secundo ex eisdem conformitate cum exemplari. Porro actus humani bonitatem (idem de malitia contra) priori respectu determinamus ex amando illius obiectum, finem, & circumstantias; posteriori respectu recurrendo ad rationem, & legem aeternam. Quare actus humanus licet possit in se bonus esse ex obiecto tamquam causa intrinseca, simulque ex fine & circumstantiis; nihilominus requirit conformitatem cum lege, & ratione, tamquam cum mensura extrinseca; non quod bonitas eius ita sit in tali conformitate, sed quia sine tali conformitate confusi nequit. Itaque iuxta scholasticas formulas loquendo dicere possumus, actuum humanorum moralitatem a multis pendere, quorum unum non excludit alterum; videlicet a lege aeterna directive; a ratione practica vel conscientiae applicative; ab obiecto, circumstantiis, ac fine terminative; demum formaliter a tendentia agentis in obiectum; spectatum cum omnibus circumstantiis seu conditionibus, quas dicit ratio debere actui convenire.

286. Satis iam ostensum est, ex obiecto regulis morum subdito desumi moralitatem humanorum actuum; ea tamen non a solo obiecto pendet, sed quanta est; sed praeterea a variis circumstantiis secundario saltem repetenda, inter quas videntur praecipue finis, qui extrinsecus dicitur, de quo seorsim accurate differemus in calce huius Sectionis. Id porro mirum videri non debet, nam ex Angelico (1. 2. q. 18. ar. 3.) Sicut in rebus naturalibus non invenitur tota plenitudo perfectionis, quae debetur ei, ex forma substantiali, quae dat speciem, sed multum superadditur ex superveniens accidentibus, ut in bamine ex figura, colore, & sic de aliis, quorum si aliquid desit ad decentem habitudinem, consequitur malum; ita etiam in actione: nam plenitudo bonitatis eius non tota consistit in sua specie, sed aliquid additur extrinsecus, quae adveniunt tamquam accidentia quaedam, & huiusmodi sunt circumstantiae debite, unde si aliquid desit, quod requiratur ad debitas circumstantias, erit actio mala.

287. Nullum hic de re dubium, sive consilium E hicam naturalem, sive Revelatam Theologiam. Enimvero Aristoteles lib. 2. Ethic. c. 4. & 6.) longe aliud esse docet, agere iuste, & agere iusta; Scripturae Divinae & Patres Ecclesiastici de Sacramentis, orationibus, ieiuniis, elemosinis, aliisque operibus ex obiecto optime loquentes passim inculcant, eo quo par est modo, ac tunc sollicitae peragenda, ut deo invisita, & salutarium effectum vacua evadant. Sillemmitate vestras ostendit anima mea (Ia. c. 1.) Oratio eius erit execrabilis (Pron. c. 28. Unde Seraphis contra (Compend. Theol. Verit. lib. 1. c. 12.) nota, quod, non bonum facere, sed bene facere, laudabile est: non enim verbis, sed adverbis meremur: unde Virgilius. In meritis praeparat adverbis verbis. Hinc autem crassus dregitur error olim Hebraeis, ac multis tubidine Christianis familiaris, quo scilicet crederetur, amox istud facti consilium fore, si sola attendatur bonitas obiectiva actionum, lapsa contra finem, & reliquorum circumstantiarum. Valent ad eum convellendum plurima, sive D. Augustinus praclare scripsit adversus Pelagianos, qui ut medicinalis gratiae Christi necessitatem elevarent, obtinebant virtutes, ac praesentia Gentium opera, retinebant tunc accessorium vane gloriae labem, quae eadem plenitudo deformabantur.

288. Circumstantia, quam Graeci perissiam vocant, iuxta Seraphicum (Centil. p. 1. f. 33.) se nominatur a L. tinitis, qui actum circumstanti; estque proprietates pertinent ad laudem aut vituperium, vel diminuendo, vel augendo, vel in aliud genus transibendo: seu est particularis quaedam affectio, quae humano actui accedit, nisi quidpiam coniecit ad eius moralitatem. Quidem ergo actus ad exteriori adiacet, nisi respectum aliquid praesertit ad ipsum, prout ad finem ordinatur, inique obiecte, aut prodele possit, illud circumstantia moralis censeri minime potest. Nam ex Angelico (1. 2. q. 7. ar. 2.) Sic circumstantia sunt extra actum, quod tamen actum aliquo modo contingant ordinate ad ipsum. . . . bonitas autem actuum est, in quantum

285. Distinguitur, haec esse totum, nempe quod obiectum & malitia actuum determinatur primario ex illorum obiectis; & quod ratio, seu lex aeterna, seu lex naturae, sive norma augendi.

286. Consideratur obiectum, expenditur circumstantiae, quae sunt secundum naturam moralitatis actionum.

287. Multipliciter arguuntur obiectum, moralitatem actionum pendere a fine, & circumstantiis requisitis.

288. Explicatur, quid sit circumstantia moralis.

tum sunt utiles ad finem. Quare ex. gr. cum actus orandi, vel furandi, nec magis nec minus boni, vel mali evadant, eo quod tali anno, vel hora contingant, & ad peccatum nihil referat ex Scoto (in 4. Sent. dist. 17. q. 1.) quod fit cum aliqua quæ vocatur *Berita*, vel *Alicia*: inde fit, ut hæc & similia minime reputari debeant inter *moralia* circumstantias. Quanta hujus generis accidentia ad actuum moralitatem prorsus impertinentia in Sacris Confessionibus non sine temerè jactura anxie enarrantur a garrulis mulierculis, virisque meticulosis!

288. Circumstantiam moralis actus, septem numero assignantur ex communi Doctorum sententia; quas Tullius in sua Rhetorica recensuit versuculo isto comprehensas: *Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando*. Quas circumstantias dicitur, quasi extra substantiam actus existens: ita tamen quod aliquo modo attingit ipsum: contingit autem hoc fieri tripliciter, uno modo, in quantum attingit ipsum actum: alio modo, in quantum attingit causam actus; tertio modo, in quantum attingit effectum. Ipsum actum attingit, vel per modum mensuræ, sicut tempus, & locus; vel per modum qualitatis actus, sicut modus agendi. Ex parte effectus, ut cum consideratur, quid aliqui fecerit. Ex parte cause actus, quantum ad causam finalem accipitur, propter quid; ex parte cause agentis principalis accipitur, quis egerit; ex parte cause agentis instrumentalis accipitur, quibus auxiliis. Quomodo singula istæ circumstantiæ sint intelligendæ, erit operæ pretium paucis indicare.

289. Circumstantia 1. *Quis* non ipsum agentem hominem significat, sine quo actus procedidit nequit existere; sed potius conditionem, statum, qualitatem illius; perinde ac si diceretur *qualis*. Ecclesiasticus, vel *Sæcularis*? solutus, vel conjugatus? rationis compos, vel impos? 2. *Quid* non denotat absolute materiam seu objectum actionis; sed secundariam objecti conditionem, potissime recipientem ejus quantitatem, ac qualitatem, ex. gr. an multum, vel parum rei fuerit furto sublatum: an res sacra, vel profana? Ut autem hujusmodi quid plene perspectæ exprimitur, manifestare quoque oportet, *circa quid* veretur objectum actionis spectatum secundum quantitatem, & qualitatem, videlicet num. ex. gr. egeno, aut diviti res fuerit ablata? alioquin *quid*, & *circa quid*, erunt duæ distinctæ circumstantiæ. Hinc patet, cur Aristoteles (1. 3. Ethic. c. 1.) septem circumstantias, quas nos ex Tullio memoravimus, addat octavam *circa quid*, quæ ut notat idem Angelicus, a Tullio comprehenditur sub *quid*. 3. *Ubi* non indicat purum putumque locum, cum actus necessario debet alicubi fieri; sed aliquam loci qualitatem seu conditionem, quæ, licet accidentaria sit ipsi loco, attamen aliquam adfert moralitatem; ut est ex. ca. ratio sacri, vel profani, publici vel secreti, relate ad actum inverecundum in aliquo loco factum.

290. Circumstantia 2. *Quibus auxiliis* importat media applicata, & lubrica adhibita ad agendum ex. gr. num. Ecclesiasticis exorcismis, vel ligaturæ magica dupulseris malecium; proprio studio ac labore, vel arte notoria Anabatistarum scientiam comparare tentaveris; virginem seduxeris solus ipse, vel ope domesticarum famularum? 5. *Cur* exprimit extrinsecum operantis finem, quem passio post expendimus; ex. ca. utrum Clericus interviat Episcopo, aut Chorum frequentet, unico vel principaliter ut assequatur beneficium Ecclesiasticum; & lucratur quotidianas distributiones. 6. *Quomodo* repræsentat peculiarem modum agendi, non quidem illum, qui essentialis est actui humano & morali, nempe quod fiat bene vel male in genere moris; sed alium quemvis accidentarium modum, ex. ca. utrum ex passione, vel ignorantia, vel malitia; raro aut frequenter; remisse aut intense, quis operatus sit circa se, seu circa proximum. Ex Seraphico (in Confessionali c. 2. ar. 20.) *Sacerdos hanc circumstantiam non querat de peccato luxurie, nisi a remotis; ne forte ipsum excitet dormientem, id est, peccata nova in animo hominis repræsentent.* 7. *Quando* denotat, non præcise solum tempus, quo actio fit; sed aliquam temporis conditionem, ut ex. ca. festivitas aut vigilia ecclesiastica dierum, relate ad auditionem Missæ, & jejuni observationem: item temporis durationem, ex. ca. an quis integris mensibus, vel annis permanerit in aliquo pravo affectu invidia, odii, lascivie, aut res alienas invito domino detinuerit apud se.

291. Utrum circumstantia *Festi* superaddat novam malitiam in Confessione sacramentali exprimensam, quando die festo committitur peccatum mortale, plures præsentis ætatis Theologi contendunt inter se. haud modico aestu, nec levi opinionum varietate. Steyartius Belgæ eo progreditur, ut scribere non dubitet, circum-

292. Utitur quæritur, an circumstantia festivi addat peccato, quod

293. Utitur quæritur, an circumstantia festivi addat peccato, quod

cumstantiam *Festi* omni mortale aggravare, immo ad aliam transferre speciem; hancque addit utriusque rationem, quia omne mortale peccatum repugnat sibi sur malitiam ipsi proximo, & extrinsecus præcepti de sanctificando Sabbato, qui est ut meus vocet meum, & rebus Divinis. At. P. lac. Van Boffuy Auguli. Professor itidem Belgæ (Tom. 1. Theol. Mor. Tract. 1. cap. 6.) ita eundem excipit: *Si ita; non inde sâmen consequitur, quod circumstantia Festi tantum omni peccato addat malitiam ut in Confessione exprimensa sit. Durus aliqui exactor videberis, si afferas, quod legem de colendo Sabbato graviter violet, & duplicis peccati mortali reus sit: illi qui die festo delationem habet morosam momento transeuntem. Prædicta tamen circumstantia peccatum aliquatenus aggravari, aperte indicat Seraphicus de Purif. Conf. c. 2.) Confessio debet esse plena, quia debet continere circumstantias aggravantes peccata quæ sunt, Tempus, in quo peccas, quia gravius est vitari in die Domini vel festo sollempni, quam in die alio simplici: & gravius est quodcumque peccatum in magna sollempnitate, quam alio tempore &c. Rursus (in Conf. c. 2. de in peccavit, utrum in tempore festivo, vel non festivo.*

293. Jam vero circumstantia universim loquendo duplicem effectum parere possunt in genere moris ex Seraphico (num. 288.) dummodo non sint impertinentes ad actum, prout refertur ad ultimum finem. Prior effectus est, augere, vel minuire bonitatem ac malitiam actus intra eandem speciem: ut dum quis Deum laudat, vel blasphemat, longiori aut breviori tempore; cum majori aut minori affectu, vel averatione, sive majorem aut minorem pecunie copiam egenis largitur; malitiam etiam meliores, aut peiores; ita tamen, ut non immutent actionum speciem; quia augmentum bonitatis, & malitiæ ex hujusmodi circumstantiis provenientes pertinet ad eandem speciem virtutem, & ad idem vitium, ad quæ refertur ipsa bonitatis, & malitiæ absoluta, quam actiones habent ex proprio objecto: illud porro augmentum verosimiliter non fit per additionem alterius bonitatis, & malitiæ, sed potius per intensiorem. Ex his sequitur, quod ipsæ circumstantiæ vocari possint simul & circumstantiæ, & objecti: circumstantiæ, quatenus supponunt iam objectum principale, quod per se potest, vel non potest honeste amari: objecti, quatenus conjunguntur cum objecto principali, cum eoque constituent quasi unum totale objectum per modum aggregationis.

294. Posterior circumstantiarum effectus est, producere omnino aliquam speciem moralem actus humani: quod bitariam potest contingere: 1. quidem dum novam & diversam speciem bonitatis vel malitiæ superaddunt, remanente eadem bonitatis vel malitiæ specie; quam actus antea habebat ex proprio objecto: ut quando aliquis jejunit ex voto, aut furatur in templo: actus enim jejunandi duplicem speciem diversam continet bonitatem temperantiæ, & religionis: actus vero furandi similiter involvit duplicem speciem diversam malitiam, oppositam virtuti justitiæ, & religionis. 2. Dum mutant pristinam objecti bonitatem, aut malitiam & simul cum objecto constituunt novam bonitatis, vel malitiæ speciem: ut quando quis pro locis Terræ Sanctæ pecuniam erogat, aut ob vanam gloriam: hi enim actus, qui ceteroquin sunt elementares actus, non constituuntur in duplici specie virtutis, aut vitii, sed tantum in una specie, scilicet religionis, vel superbiæ. In posterius dantur *primam*, & *essentialiam*; & *accidentaliam* speciem: in actus est ex sua specie indifferens; tunc enim nonnisi a circumstantiis mutatur bonitatem, aut malitiam.

295. Circa secundam istius circumstantiarum effectum duo occurrunt animadvertenda. In primis quoties circumstantia alicui actui adveniens constituit novam bonitatis, vel malitiæ speciem, alterutro ex prædictis modis; jam non habet ratiōem indit rationem objecti, & sub eo respectu evadit essentialis actui, uti docet Angelicus (1. 2. q. 18. ar. 10.) *circumstantia manens in ratione circumstantiæ, cum habet rationem accidentis, non dat speciem; sed, in quantum mutatur in principia suo conditionem objecti, secundum hoc dat speciem* sic ex. gr. circumstantia loci sacri relate ad actum furandi est accidens; sed relate ad eundem actum, prout facit cognoscenti, quandonom circumstantia actui accedens novam in eo pariat speciem, istud est; quando in se considerata deprehenditur continere peculiarem quandam consonantiam cum reâ ratione, aut repugnantiam. Si enim absolute

et communi-
sunt sur malitiam
novam, &
peccatum
294. Aliter ef-
fectus circum-
stantiarum est,
vel ad se, vel
nam addere
speciem, vel
illam transfor-
mare in aliam.

295. Quoties
circumstantia
novam speciem
conducunt in
actum, tunc se
habent per mo-
dum objecti, &
essentialis est
essentiale

296. Quoties
circumstantia
novam speciem
conducunt in
actum, tunc se
habent per mo-
dum objecti, &
essentialis est
essentiale

297. Quoties
circumstantia
novam speciem
conducunt in
actum, tunc se
habent per mo-
dum objecti, &
essentialis est
essentiale